Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



101

riam. DE SIMPLICITATE.

MAGNA EST QUIDEM PRUDENTIE VIRTUS
s; necesse est ut simplicitatis uirtute temperetur. Sic enim dns
in euangelio ait. Estote prudentes sicut serpentes. & simpli
ces sicut columbe. Et de iob simplici uiro dominus addiabolum ait.
Numquid consideraſti seruum meum iob. quod non sit ei similis su
per terram. simplex & rectus. & timens dm. & recedens a malo. Diligamus ergo fis hanc magnam uirtutem quę de altissimi thesauro
procedit. quę quamuis omnib; xpianis maxime tamen necessaria ē mo
nachis. qui uitę propositum simplicitatis ornare debent officio. Scriptum
est enim. Sentite de domino in bonitate. & in simplicitate cordis querite
illum. quoniam inuenitur abbis. qui non tempiant illum. Diligamus g
simplicitatem cordis. ut a illa actus nri diriganturmuam salutis. Scrip
tum est enim. Simplicitas uiorum diriget eos. Obediamus uerbis pauli.
predicatoris egregii. qui nos admonet dicens. Volo uos sapientes ē in bono.
simplices in malo. Debet enim electorum corda. prudentia in bonum
iugiter acuere & simplicitas ab acumine prudentię tempare: ne aut pru
dentia modum rectitudinis excedat. aut simplicitas ignorantię fallacia
corpescat. De iacob enim legitur quod esset uir simplex & in domo ha
bitans. quia minirum omis qui incuriis exterioribus spargi refugi
unt. & simplices incogitatione atq; inconscientię suę habitatione
consistunt ne dum ad multa foris intrant. a semetipsis alienans cogita
tionibus recedant. Curramus ergo per simplicitatis itinera. ut ad
permitatis pcam citius peruenire mereamur patriam. ubi immortali
tatis stolam & simplicitatis recipere mereamur PREMIA.

DE HAC VIRTUTE DE PATICHTIA.

Patientię. Sic ait dominus. In patientia uestra possidebitis
animas uestras. Et paulus discipulis eius dicit. Induite uos
sicut electi dei sci & dilecti uiscera mię humilitatę. patientiam. subpor
tantes inuicem. & cetera. Salomon quoq; ait. Doctrina uiri ppatientia
noscitur: & gloria eius iniqua pretergredi. Iacob apls predicans ait.
Patientia autem opus perfectum habet. ut sitis perfecti & integri
in nullo deficientes. Et paulus iterum dicit. Corripite inquietos.
consolamini pusillanimes. suscipite infirmos. patientes estote ad
omnes. Curramus ergo dilectissimi fis per hanc patientię uiam &
diligamus eam. quia non habet offendiculu. s; plenu & eternu pse-